



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 1. Galliarum Regis studium pro pace Ecclesiæ reddenda

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)



HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ LIBER CX.

NICOLAUS V. PAPA.

FRIDERICUS III. OCCIDENT. ET CON-
STANTINUS ORIENTIS
IMPERATORES.

§. I.

*Galliarum Regis studium pro pace
Ecclesiæ reddenda.*

A nus Christi millesimus quadringen-Sæcul. XV.
tesimus quadragesimus nonus toti A.C. 1449.
orbis austissimus extitit ob extinctum
schisma, & redditam Ecclesiæ pacem, quæ
spontanea (*) Amadæi Sabaudi abdica-
tione,

(*) Odoricus Raynaldus num. I, & Pagius
in suo Breviario Historico num. 12. testantur,

Sæcul. XV
A.C. 1449

Comment.
Pii II. l.7.

tione, potissimum vero fervidis Regis Franciæ precibus feliciter confecta est; quamvis enim hac in re suo quisque muneri strenue intentus esset, Carolus tamen, teste Ænea Sylvio, plus ceteris in id laboris, ac studii insumpsit. Huic quoque Trevirensis, Coloniensis, & Saxonius Electores unacum Comite Palatino Rheni suam junxerunt operam, confessio hac super re instrumento, quo pacis formulæ a Rege propositæ, quæ etiam potissima ex parte effectui data est, adstipulati sunt. Nicolaus Papa eximium Regis studium pro concilianda Ecclesiæ pace tam grato exceptit animo, ut immortales eidem egerit grates, debitisque elogiis Caroli VII. pietatem commendaverit. Universus orbis Catholicus in communem effusus lætitiam exultabat, & ubique terrarum Amadæi modestia, Nicolai constantia, & Galliarum Regis prudentia celebrabatur. Cum etiam Ludovicus Sabaudiæ Dux comperisset, Bol-

merium

Felicem partim precibus Principum, partim minis adactum, & metu Sabaudiæ amittendæ Pontificatum abjecisse. Gobelinus vero in Comment. Pii II. hæc habet: *Cum Amadæus jam se omnibus contemptui esse cerneret, nec spes ulla esset obedientiæ nanciendæ, renuntiavit Apostolatui.*

merium laborasse, ut abdicationem Ama- **Sæcul. XV.**
daeo Patri ejus dissuaderet, ipse pacem **A.C.1449.**
præpediri veritus, eundem suspenso ad
collum lapide in lacum præcipitari jussit.

§. II.

Cessione Amadæi schisma extinctum.

Jacobus Patriarcha Antiochenus, & Pi-
ctaviensis Episcopus, Elias Alectensis
Præsul, Joannes Comes Dunensis, Jaco-
bus Cordis, Guido Bernardi, Joannes le
Bursier, & Thomas de Corsellis, omnes
Regis Galliarum Legati, Lausanæ Ama-
dæum convenerunt. Comitabatur illos *Labbe Conc.*
Alphonsus Segura Toletanus Decanus, ^{to.13.p.1333}
& Nicolai V. Papæ Delegatus, ut de red-
denda solida Ecclesiæ pace, & penitus
extinguendo schismate cum Amadæi O-
ratoribus deliberarent. Cum igitur De-
legati, Amadæi nomine, summi Pontifi-
catus abdicationem pollicerentur, inter
eos conventum, ut a Nicolao V. tres
Bullæ peterentur, prima videlicet de ir-
ritandis omnibus durante schismate ge-
stis, altera, qua cuncta ab utraque parte
actitata confirmarentur, tertia denique,
per quam suis dignitatibus privati pristino
suo statui restituerentur. Oratores
Franciæ dato chirographo fidem suam
obstrinxerunt, se præfatas literas *more*
Curiæ Romanae bullatas, & expeditas in

P 4 forma